

*Pasce agnos meos, pasce oves meas.*

✠ Lécitio sancti Evangélii  
secúndum Ioánnem

21, 15-19

- <sup>15</sup> Cum manifestáset se Iesus discíplis suis  
et prandíset cum eis,  
dicit Simóni Petro:  
«Simon Ioánnis, díligis me plus his?».  
Dicit ei: «Etiam, Dómine, tu scis quia amo te».  
Dicit ei: «Pasce agnos meos».
- <sup>16</sup> Dicit ei íterum secúndo: «Simon Ioánnis, díligis me?».  
Ait illi: «Etiam, Dómine, tu scis quia amo te».  
Dicit ei: «Pasce oves meas».
- <sup>17</sup> Dicit ei tértio: «Simon Ioánnis, amas me?».  
Contristátus est Petrus  
quia dixit ei tértio: «Amas me?».  
Et dicit ei:  
«Dómine, tu ómnia scis, tu cognóscis quia amo te».  
Dicit ei: «Pasce oves meas».
- <sup>18</sup> Amen, amen dico tibi:  
Cum esses iúnior, cingébas teípsum  
et ambulábas, ubi volébas;  
cum autem senuéris, exténderis manus tuas,  
et álius te cinget et ducet, quo non vis».
- <sup>19</sup> Hoc autem dixit  
signíficans qua morte clarificatúrus esset Deum.  
Et hoc cum dixíset, dicit ei: «Séquere me».
- Verbum Dómini.